1345. Nos Johannes D. G. Rex Bohemiæ Cum fideles nostri dilecti Ramfoldus Kommt zur Stadt.
de Gerhardisdorf et Ybang ejus Gener majorem villam dictam
Bysnic, Magistro Consulum, Consulibus Gorlicens. ac nomine ipsius
civitatis pro certa pecunia summa dignoscuntur vendidisse, quæ
à nobis hucusque processit in Feudum, et ex nunc ad manus nostras
liberè resignarunt. Nobisq per eosdem cives nostros humiliter extitit
supplicatum, ut eandem villam Bysnic ipsis ac civitati suæ
Gorlicensi donare ac incorporare eo jure, quo alia ipsius civita
tis bona posita, dinoscuntur. Nos ipsorum predictam villam
cum omnibus Magro Consulum, Consulibus et Civitati donamus,
incorporamus tenendam, habendam, tollendam, utifruendam et in
usus suos convertendam, prout alia bona. Datum Budissin feria 2.
infra 8m Festi Pentecostes Anno Dni 1345. [Maji. 16. C. p. Pen
tecostes festum]